



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Iuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VWestphalorvm, 1615**

Duo infantes martyres in vita S. Luciani

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42900**

Igitur ac meditationi assidue intentus tametsi  
 spiritali intus dulcedine afflueret, tristem & co- *Amor*  
 gitabundum vultu referebat. Tanto deniq; sa- *contem-*  
 crarum literarum tenebatur desiderio, vt præ- *platio-*  
 assidua earum commentatione vix somnum ca- *nis.*  
 peret. Sin vero quandoque nonnihil quietis  
 corpori indulgendum putaret, non absque in- *Somni*  
 tensa oratione, lachrymis, & genuflexione dor- *parcissi-*  
 mitum se conferebat. Et hæc quidem adhuc pu- *mus.*  
 er. Deinceps vero adolescens diuina S. Spiritus  
 ope fretus, ita cupidinis irritamenta superauit, *Carnem*  
 vt à rebellionem carnis profus videretur immu- *ieiunij*  
 nis. Edulijs quippe ad refectionem corporis *adomu-*  
 adeo exilibus utebatur, vt multis diebus solo pa- *is.*  
 ne victitaret, & ne pane quidem pluribus, sed ijs  
 quæ eo erant ad alendum magis exilia. Aqua au-  
 tem erat ei potus suauissimus. Quandoque vero  
 etiam vsu ignis abstinerebat. Cumque sic ab omni  
 corporis contagio mentem seuocasset, & ad vni-  
 uersæ humanæ virtutis fastigium conscendisset,  
 cito omnium sui temporis euasit clarissimus.  
 Quam ille demum egregiè factorum gloriam æ-  
 terna martyrij laude sub Maximiano Imperato-  
 re cumulauit.

**MARTYRIVM DVORVM INFANTI-**

*um, Surius ibidem in vita*

*S. Luciani.*

**E**Adem tempestate etiam in innocuam æta-  
 tem barbara immanitate grassabatur Maxi-  
 mianus: qui cum apud Nicomediam duos pue-  
 ros

ros fratres illustri loco natos sibi sisti curasset, primo quidem conabatur magnis eos promissis inescare, quibus pueros facillè rebatur illiciendos, tum idolothyta puerulis, ne quid mali patiantur offert degustanda. Illis vero cum ploratu auersantibus, quod secus à parentibus edocti forent, truci admodum vultu interminatur, & varijs eos plagis onerat. Cumque pueri adhuc fortiter resisterent, neue aduersis animo frangerentur, quidam Sophistarum se è vestigio effecturum spondet, vt cibus appositis sine tergiuersione uescantur. E sinapi igitur acutissimam confectioem aptans, eorumque verticibus capillo nudatis imponens in succensum igni balneum eos deportat. Vbi cum immenso calore ceu fulmine quodam iccta essent eorum capita, ad solum vsque eadem hora inclinati sunt. Pauloque post cadense eorum ætate minor, præ magnitudine ardoris in caluaria succensi, prior vita functus est. Quo viso alter quam maxima potuit voce bona verba effatus, fratris exultabat victoria, eumque exosculatus, ac proclamans victorem, continuè ingeminabat: Frater mi vicisti: donec & ipse inter fraternos amplexus fortiter moriens mortalitatem deposuit.

*DE S. LAURENTIO IUSTINIANO*

*Patriarcha Veneto & Ian. Sur. Tom. 1.*

**B**Eatus Laurentius nobilissimis maioribus Bernardo Iustiniano patre, matre vero Quirina Venetijs natus, à primæua ætate morum præcipua